



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 82. Fœderis Successus ob Maximiliani tarditatem interceptus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

Sæcul. XVI non extremum impenderet exitium. Ceterum Fœderis pacta, quæ Pontifex cum utroque Rege sanxerat, jam anno præcedenti vigesima secunda Septembris firmabantur, eodem nimirum die, quo Venetorum Republica cum Turcis pacem inierat, ut nuper memoravimus.

A. C. 1505.

§. LXXXII.

Fœderis successus ob Maximiliani tarditatem interceptus.

Verum cuncta hæc consilia Maximiliani cunctatio disjecit, nequidquam eum stimulante Cardinale de Ambasia. Eius quoque tergiversationem expugnare conabantur Galli pollicitationis amplitudine, qua se mediam partem summæ, quæ pro Ducatus Mediolanensis diplomate solvenda promittebatur, prærogaturos spondebant, hancque in rem fidem suam obstringebant, necnon re ipsa promissis stare constituebant, etiam fide data, se eidem, quamprimum in Italiam venisset, alteram quoque partem numeraturos. Ast ille adventum maturare spondit, continuo tamen moras traxit, causatus, proprii Regni sui negotia urgere, quæ ob Italicum iter haud negligere possent. Nihilominus concludebatur armorum societas non sine magno Venetorum terrore.

§. LXXXIII.